

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

151. An quoque vacent promoti in Episcopum in terris infidelium, seu Suffrageneum titularem.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

Rebuff. in tr. de pacif. p. n. 170. Porro formam simplicis dimissionis vide apud Paris. l. 8. q. 7. nu. 103.

## PARAGRAPHVS IV.

## De vacatione beneficiorum per promotionem &amp; translationem.

*Questio 149. An, & qualiter videntur beneficia promoti ad Episcopatum?*

**R**espondeo: Beneficia omnia promoti in Episcopatum vacant: ita sine controversia constat ex c. cum in cunctis. de Elect. & Trid. sess. 7. c. 9. & sess. 23. c. 2. adeoque etiam beneficia illius simplicia. Pirk. ad tit. de prob. n. 162. Garc. p. II. c. 6. n. 3. citans Hojed. de incompat. p. I. c. 4. n. 3. Lamb. de jurep. p. I. 3. q. 6. a. 15. n. 9. Paris. l. 3. q. 1. n. 76. ubi quod vacat quocunque ejus beneficium, citatis quamplurimis. Rationem horum hanc dat Laym. in c. cum in cunctis. de Elect. s. cum verò electus. n. 5. quod non deceat in hac altiore dignitate constitutos inferioribus officiis seu ministeriis deservire, argumento cap. ad aures. de rescr. Vacantque omnia ipso iure. Ita expressè Laym. ad c. si graziosè. de rescr. n. 1. Idemque supponunt, et si non exprimant ceteri AA. Unde jam etiam, licet valeat collatio beneficii facta alicui, postquam is electus in Episcopum; neque etiam per illius asecutio nem perdat jus qualitum per electionem ad Episcopatum; vacabit tamen hoc ipsum denuò post ejusdem confirmationem, & possessionem adeptam. Garc. loc. cit. n. 47. Extendunt hoc ipsum Auctores ad pensiones. Garc. ibid. n. 110. Castrop. cit. d. 6. §. 5. nu. 1. citans Barb. p. 3. de pot. Episc. alleg. 57. n. 73. Germon. de indul. Cardin. &c. Paris. l. 3. q. 1. n. 8.

*Questio 150. An ergo etiam videntur beneficia & pensiones per promotionem ad Papatum?*

**R**espondeo affirmativè: Garc. p. II. c. 5. n. 113. Paris. l. 3. q. 1. anu. 8. citans Hojed. de incompat. p. I. c. 1. n. 11. qui dicat, hoc extendi etiam ad officia, & habere summam aequitatem. Grabr. cons. 200. l. 2. n. 12. qui dicat, usum & consuetudinem temporis immemoralem hanc sententiam approbat. Est namque & ipse Episcopus. c. in illis. d. 4. s. 1. de confit. in 6. n. 12. hoc opinio aequitate; quia praebet exemplum alii Prælati, ut se abstineant à pluribus officiis. Paris. loc. cit. nu. 15. & quia, ut idem ait n. 14. ex Grabr. loc. cit. nu. 10. in honestum est, nec videtur carere scandalo, Papam tenere beneficia, vel frui pensionibus vel fructibus, quibus antea, seu in minoribus fruebatur. Nec obstat, quod Papa sit solitus legibus, & iis non comprehendatur; nam eti iis non tenetur, tamen secundum illas vivere debet; & nisi aliud dicatur, censetur uti iure communii, iuxta l. digna vox. c. de leg. Paris. loc. cit. n. 16. Et astringitur lege humanitatis, ut D. Tho. I. 2. q. 96. a. 6. Paris. n. 17.

*Questio 151. An quoque videntur beneficia promoti in Episcopum in terris infidelium, seu suffraganeum titularem?*

**R**espondeo: per promotionem ad tales Episcopatus titulares in partibus infidelium, utpote quorum aetatelem administrationem non habent, nec possessionem asecuti sunt, ut C. de Luca; nec stetit per eos, quod minus eam asecuerentur, non vacant priora beneficia, & pensiones eorum. C. Luca. de benef. d. 4. n. 9. (ubi quod ita sit saltem de recepta consuetudine, ac proinde non sit opus ad hoc dispensatione, ex qua, ut jam dictum, resulteret alia oppositione manuum Papa induciva affectionis) Pirk. loc. cit. Paris. l. 3. q. 1. n. 10. ex Gabriel, dicens, sic habere stylum inveteratum, qui jus facit; & plenius n. 89. & Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. 12. Garc. p. II. c. 6. n. 24. citans Nav. cons. 14. de elect. n. 3. Hojed. c. 4. n. 16. contra Cardin. in clem. in plerisque. de elect. in fine, & Rebuff. super Concord. de Mand. Apostolic. §. 3. citans apud Paris. cit. n. 89. Contineturque huc opinio magnam aequitatem, & fundatur in differentia maxima inter hos promotores ad tales Episcopatus nullatenetes, & alios. Paris. loc. cit. n. 92. cum neque, ut dictum, istorum Episcopatu[m] habeant administrationem, neque fructus aut reditus percipiant. Azor. Pirk. l. in. Paris. n. 90. Quin nec ad diligentiam aliquam in possessione eorumdem obtinenda teneantur, cum illa fieret, nihil operaretur. Par. ibid. Neque intrat incompatibilitas illa. Paris. n. 92. adeoque cessent rationes, ex quibus deberent vacare, & ob quas per promotionem ad alios Episcopatus vacant priora beneficia. Paris. cit. n. 92. Proceditque idipsum, sive dicta Ecclesiæ apud infideles sine Cathedrales, sive Metropolitanæ. Paris. cit. q. 1. num. 89.

*Questio 152. An igitur etiam promotus jam in Episcopum non titularem, non solum amittat priora beneficia, sed etiā per hoc redatur incapax obtinendi denuò beneficia?*

**R**espondeo affirmativè: Garc. p. II. c. 6. n. 44. citans Lamb. p. 4. l. 2. q. 7. 4. 16. Rodriq. in sum. to. 2. c. 10. nu. 7. &c. Pirk. de prob. n. 162. Castrop. cit. §. 5. n. 6. ubi etiam illud extendit ad beneficia quocunque etiam simplicia, ita ut Episcopus nullum obtinere queat sine dispensatione Papæ, etiamsi sit pauper, seu Episcopatus ejus tenuis & insufficiens: rationem dat hanc; quia etsi Episcopus expressè iure non sit factus inhabilis, sic tamen factus inhabilis tacite, dum beneficia cum Episcopatu[m] sunt incompatibilis: quia incompatibilitas hæc non tantum respicit primum Episcopatus ingressum, sed & illius perseverantiam, & durationem. Nihilominus contrarium quod simplicia & compatibilis respectu Episcopi pauperis, quod nimis ea retinere possit circa dispensationem Papæ, aequè probabiliter sententia Pirk. loc. cit. citans Laym. Theol. mor. l. 4. tr. 2. c. 8. Lefl. de justit. l. 2. c. 34. n. 139. citans Nav. l. 3. cons. 3. de concess. prob. ed quod, eti amittat priora, non tamen exifijs, quo inhabilis reddatur ad futura simplicia. Idem cum Lefl. sentire videtur Garc. dum dicit; facto Episcopo de novo beneficia con ferri non posse, nisi vel Papa dispense, vel justa causa (puta dum reditus sufficienes ad se sustentandum non habet) id postuleat.

Quæstio